



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1707

Q. 153. Quænam requirantur, ut quis satisfaciat præcepto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42515

quando legitur pro navigantibus, licet quis non fit miles, nec de comitatu navigantium, ita n. præced. citati pro secunda sententia cum *Bonac.* de Sacram. D.4.Q.ult.P.12.N.4. Ratio est, quia quamvis forte restrictio sit de privatis Oratoriis, tamen nulla est de aliis locis, ergo rectè statum Lege communi præcipiente Missam, abstrahendo à loco: gratis autem dicit *Pasq.* q. 1257. præcipi, ut Missa ab omnibus audiatur in Ecclesia vel publico Oratorio ab Ecclesia deputato, nam tale Præceptum nunc non extat, sed tantum Præceptum Missæ, quæ reipsa Missa est, quocunque loco fiat.

An Regulares vi privilegiorum possint absque licentia Episcopi ubique Missam legere; item à quo & quomodo concedi possint privata Oratoria, dicitur Lib.VI.T.3.c.3. ad D.4, ubi etiam pluribus exponetur, quis dicatur esse de familia seu familiaris Privilegiato.

Q. 153. *Quanam requirantur, ut quis satisfaciat* 630
Præcepto audiendi Missam. R. Seqq. 1. Intentio.
 2. Præsentia corporalis. 3. Assistentia moralis.
 4. Attentio aliqua. 5. Ut integra Missa audiatur,
 de quibus ordine addendum est aliquid.

Q. 154. *Qualis intentio requiratur.* R. Requiritur 631
 intentio seu voluntas audiendi Missam tanquam rem sacram, quæ exhibetur Deo cultus, ita *Suar.* *Bonac.* aliique communiter cum *Gob.* T.5.num.194. & 196 *Pasq.* quæst. 1309. contra *Dicast.* Ratio est, quia Ecclesia per Missam præcipit aliquem Dei cultum, hinc,

§. I. Non satisfacit, qui interest, ut irrideat, aut 632
 eo tantum animo, quia exspectat amicum illum venturum, aut ut occidat Sacerdotem, cum ab ara venerit, aut solius curiositatis causâ, ita *Gob.* suprâ, & n. 210, citans *Lug. & Tamb;* imò *Pasq.* suprâ putat
 A a eum,